

[ART. IX: CIRCA DELECTATIONES, DOLORES ET TRISTITIAS¹]

Circa² delectationes, dolores et tristitias sciendum primo quod dolor, qui proprie est passio et qualitas appetitus sensitivi, ab apprehensione sensitiva causatur, et non ab obiecto apprehenso [a] 5 sensu nec ab actu appetitus, sed solummodo ab apprehensione et potentia appetitiva et Deo. Si tamen appetitus habeat aliquam efficientiam respectu illius passionis, hoc non videtur necessarium ponere sicut a l i a s³ patebit.

Primum⁴, scilicet quod dolor in appetitu sensitivo non causatur 10 ab obiecto apprehenso, patet per propositionem frequenter acceptam quod effectus sufficienter dependet ex suis causis essentialibus et dispositionibus earum. Sed destructo obiecto, remanente apprehensione obiecti in sensu, nihilominus potest causari dolor vel delectatio in appetitu. Sicut patet quando aliquis sensus interior, 15 puta phantasia, per actum abstractivum apprehendit aliquod obiectum nocivum vel delectabile, quantumcumque illud obiectum adnihiletur, nihilominus potest causari dolor vel delectatio in appetitu sensitivo. Si⁵ etiam Deus conservaret visionem alicuius ob-

ART. IX. CODD. DFGHZ

2 delectationes] et *add.* Z 3 qui] dolor *add.* D || appetitus] appetitivus D || sensitivi] et *add.* Z 5 nec] ut D || actu] intellectu F || solummodo] solum H 6 et] a *add.* H 6-7 efficientiam] efficaciam G 7 illius] huius H || passionis] quia *add.* DH, sed *add.* G 10 propositionem] rationem H 10-11 acceptam] actuatam D, tactam H 11 quod] quia GZ, omnis H || ex] a Z || essentialibus *om.* DH 12 dispositionibus] approximantibus D, approximatione H || obiecto] et *add.* H 13 obiecti] eius H || in sensu *om.* DH 14 appetitu] sensitivo *add.* G 15 actum abstractivum] notitia abstractiva H 16 quantumcumque] quantumcumque G 17 adnihiletur] adnihilaretur Z 18 Si] non D, sicut Z || conservaret] servaret DH

¹ Cf. Ockham, *Scriptum in I Sent.*, d. 1, q. 3 (OTh I, 403-425). ² Cf. Ockham, *Quodl. III*, q. 17 (OTh IX, 268-269). ³ Forte in sua expositione super librum *De anima* Aristotelis quam intendebat facere. ⁴ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 401s., 408-412); *Quaest. in II Sent.*, q. 15 (OTh V, 356s.); *Quodl. III*, q. 17 (OTh IX, 268-272). ⁵ Ockham, *Quodl. III*, q. 17 (OTh IX, 270).

iecti delectabilis vel tristabilis et destrueret obiectum illius visionis, potest statim causari delectatio vel tristitia in appetitu sequente 20 visum, sicut patet per experientiam. Et per consequens obiectum apprehensum nullo modo est causa immediata istarum passionum. Sed solum si sit causa, — sicut ponit I o a n n e s in t e r t i o, quaestione ‘Utrum Christus doluit secundum portionem 25 superiorem⁶’ —, est solum causa mediata respectu illius passionis et solum causa causae quatenus naturaliter causat cognitionem intuitivam in sensu et eam conservat, quae cognitio causat im- mediate passiones praedictas modo praedicto.

Secundum⁷, scilicet quod actus appetitus sensitivi non causat illas passiones, patet quia appetitus sensitivus nullum actum habet 30 respectu alicuius obiecti nisi quando obiectum est absens et non habitum, quia non habet nisi actum desiderii et fugae, et isti solum sunt respectu obiectorum absentium et non habitorum⁸. Nunc autem respectu illius obiecti quod appetitus desiderat vel fugit, 35 stantibus istis actibus in appetitu, numquam causatur dolor vel delectatio in eodem appetitu. Sed quando obiectum desideratum vel concupitum habetur et est praesens potentiae apprehensivae, tunc cessat actus desiderii qui solum est respectu non habiti⁹, et causatur tunc delectatio quae est passio causata ab apprehensione 40 obiecti desiderati modo praedicto, et non ab actu desiderii, quia tunc non est quando causatur illa delectatio et per consequens

19 vel] et F || destrueret] destruetur G, destruat H 19–20 et ... tristitia om. D 21 visum] visionem Z 23 causa] sic est add. H 25 superiorem] quod add. H || solum] tantum H 26 quatenus] qualiter F, in quantum Z || cognitionem] notitiam HZ 30 passiones] modo praedicto add. D 32 habitum] habitus DF 34 vel] aut H 37 praesens] prius D || apprehensivae] appetitivae(?) G 38 non] nisi D || habiti] habitu F 39 tunc] talis D || passio] causa Z || causata] actuatur D, om. H 40 desiderati] definiti D, deficientis F, desiderii Z

⁶ Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 15, q. un., nn. 6–18 (ed. Wadding, VII, 329–333); cf. Ockham, *Scriptum in I Sent.*, d. 1, q. 4 (OTh I, 446s.); infra, a. 11, dub. 4 (pp. 297–310). ⁷ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 408–412). ⁸ Ockham, *Quodl. III*, q. 17 (OTh IX, 271). ⁹ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 6 (OTh VI, 168, lin. 3).

causa esse non potest. Patet, quia si aliquis appetat fornicari cum muliere, quamdiu stat actus desiderii non delectatur in fornicatione, quantumcumque videat mulierem cum qua appetit fornicari. Et hoc quia actus fornicandi non habetur a desiderante, sed tunc solum delectatur in illo actu quando habetur. Ita est generaliter quod respectu illius obiecti quod est desideratum, — sive appetitu sensitivo sive intellectivo —, quamdiu stat actus desiderii in una potentia vel alia, numquam causatur delectatio vel dolor vel tristitia in uno appetitu vel alio.

Hoc confirmatur quia potest aliquis appetere actum fornicandi, actu utriusque appetitus, et potest efficaciter et absolute nolle carentiam illius actus, quo tamen caret actualiter et scit se carere, et per consequens appetendo sic tristaretur et doleret fortiter in appetitu sensitivo, saltem posito casu possibili. Igitur, secundum istum casum, non causatur delectatio in uno appetitu vel alio respectu illius actus fornicandi, quantumcumque vehementer concupiscatur per actum desiderii. Unde autem ista tristitia causatur, post patebit.

Si dicatur¹⁰ quod istud est manifeste contra experientiam, quia quilibet experitur in se quod si videat obiectum pulchrum et delectabile et desideret actum fornicandi et vehementer delectatur, quantumcumque numquam adquirat illum actum:

42 quia] quod D, *om.* H || fornicari] fornicare D 45 desiderante] deficiente F 46 habetur] et *add.* DH 46–47 generaliter] quando generatur F || habetur ... quod¹] habitus est vel quando fornicatur quia Z 47 desideratum] desiderium G, *sed corr.* G² 48 stat] ille *add.* H 49 una ... alia] illo appetitu H || numquam] non H 50 uno] illo H 51 Hoc *om.* DZ || appetere] apprehendere Z 52 potest] post D, tamen Z || efficaciter] efficacius Z 52–53 carentiam illius actus] carere illo actu H 53 tamen] tunc Z || et] quo *add.* H || scit] sic Z 54 tristaretur] tristabitur H, tristatur Z || doleret] erit H, dolet Z || fortiter] forte D, dolor H 55 saltem] hoc est possibile *add.* DH || casu *om.* DH 56 delectatio] nec *add.* H || vel] nec H, in *add.* GH || alio] actu *add.* D 56–57 respectu] ratione H 58 autem] ante D || ista ... causatur] haec ... causetur H 59 post] postea H 60 dicatur] dicas GH 61 quilibet] quisque H || quod] quia D 62 et²] quia FG, quod Z, *om.* H

¹⁰ Infra, lin. 70–104; lin. 162–164; lin. 174–201.

Et similiter quando apprehendit aliquod obiectum nocivum, sive per intellectum sive per phantasiam, quod sibi aliquando nocuit, puta bellum vel aliquid tale, et appetitus sensitivus fugiat illud et voluntas nolit illud, tamen statim causatur dolor in uno appetitu et tristitia in alio, quantumcumque etiam illud obiectum numquam habeatur; igitur non est verum quod dictum est:

R e s p o n d e o¹¹ ad utrumque simul quod nec delectatio praedicta nec tristitia est respectu obiectorum non habitorum respectu quorum est actus desiderandi vel fugiendi in utraque potentia. Sed utraque est vel respectu actus apprehensivi quo tale obiectum desideratum apprehenditur vel respectu actus desiderii quo appetitur tale obiectum vel respectu utriusque. Et isti actus, tam apprehensivus quam appetitivus, habentur et sunt praesentes. Verbi gratia, in exemplo posito, si aliquis videat mulierem et desideret fornicari cum ea, talis non delectatur in actu fornicandi quem non habet. Quoad delectationem in voluntate, sic est quod intellectus apprehendit illud obiectum et cogitat de illo et percipit et apprehendit cognitionem suam quam iam actualiter habet, et voluntas vult illam cognitionem actu complacentiae, non actu desiderii, qui iam habetur. Ex tali volitione cognitionis habitae sequitur delectatio in voluntate, et nullo modo respectu actus fornicandi qui non habetur. Sed vel causatur respectu cognitionis intellectus vel respectu visionis corporalis vel respectu actus desiderandi

64 similiter] videtur G || nocivum] sive per sensum *add.* H 66 bellum] vulnus Z 67 et voluntas] etiam si rationalis H || nolit] velit FHZ || illud, tamen *om.* FG 68 etiam *om.* DH 69 habeatur] habeat H 70 delectatio] ista *add.* G 71 praedicta] praedicamentalis D, *trp. p.* tristitia Z || obiectorum] cognitorum D 73 utraque] utrumque Z 76 appetitivus] desiderii H 76-77 Verbi ... videat] Unde sic videns H 77-78 desideret] desiderans H 78 actu] appetitu D 79 Quoad] Quantum ad D || Quoad ... voluntate] Sed Z 79-80 Quoad ... illo] Sed in hoc quod intellectus apprehendit illam fornicationem H 80 de illo *om.* FGZ 81 cognitionem] cogitationem HZ || quam] quia D || actualiter] actu H 82 illam] hanc enim H || cognitionem] cogitationem HZ 83 habetur] et *add.* DH || volitione] voluntate DH, vel complacentia *add.* H || cognitionis] cogitationis DFH 86 visionis] visus FGZ || desiderandi] desiderii Z

¹¹ Ockham, *Quodl. III*, q. 17 (OTh IX, 271-272).

appetitus sensitivi. Puta si intellectus intelligat illam visionem corporalem et actum appetendi sensitivum et cognitionem propriam, et voluntas velit quemcumque istorum actuum, statim causatur in voluntate delectatio, et hoc quia obiectum illius volitionis
 90 habetur, puta actus quicumque praedictus.

Eodem modo sensus aliquis interior, puta sensus communis vel phantasia, apprehendit actum sensus exterioris et actum desiderii sensitivum, sicut ponit P h i l o s o p h u s, II *De anima*¹².
 95 Et ipse actus apprehensivus praedictorum actuum causat immediate, sine omni actu appetitus primo vel medio, delectationem in appetitu sensitivo respectu illorum actuum tamquam respectu obiectorum, et non respectu actus fornicandi qui appetitur. Et hoc quia ille actus non habetur, [sed] praedicti actus, respectu
 100 quorum est delectatio, habentur. Et eodem modo per omnia dicendum est de dolore et tristitia quando apprehenditur aliquod obiectum nocivum quod appetitus sensitivus fugit et rationalis non vult per actum nolendi. Nec oportet hic applicare quod satis ex praedictis patet.

105 Ulterius sciendum quod distinctio inter dolorem, delectationem, gaudium, tristitiam et actum desiderii, fugiendi, nolendi, volendi, probatur per istam viam. Quantum ad p r i m u m quia dolor et delectatio appetitus sensitivi et actus desiderii vel fugae

87 si om. FG || intelligat] apprehendit H 87-88 visionem corporalem] commixionem
 carnalem H 88 cognitionem] cogitationem FG 88-89 propriam] de istis add. H 89 velit
 om. DFG 90 hoc] patet add. Z 92 aliquis] aliquos Z 93 desiderii] desiderandi Z,
 ipsius appetitus add. H 94 sensitivum] sensitivi H, sensuum Z 95 actus apprehensivus]
 apprehensio alicuius G 96 primo] praevio GZ 97 sensitivo] quia add. FG, quae est add. Z
 98 appetitur] opponitur D 99 habetur] habentur D || non ... actus² om. (hom.) H 101 ap-
 prehenditur] appetitur FGZ 102 quod] et H || rationalis] voluntas D 103 nolendi] Causa-
 tur enim ex apprehensione actus sensus exterioris aut interioris aut intellectus quo apprehenditur
 aliquod terribile imminens et non (post Z) ex ipso actu fugiendi vel spernandi add. (mg.) H, add.
 Z || oportet] debet || quod] quia H 105 sciendum] praeterea sciendum est Z || dolorem]
 et add. DH 105-6 delectationem] et add. DH 106-7 nolendi, volendi] nolibilis, volibi-
 lis Z

¹² Aristot., *De anima*, II, c. 2, tt. 136-142 (425b 12 - 426a 27).

respectu eiusdem obiecti numquam possunt esse naturaliter simul
 sed respectu diversorum bene possunt, sicut superius¹³ p a t u i t, 110
 et ideo per separabilitatem illorum potest distinctio probari. Actus
 enim desiderandi vel fugiendi numquam est nisi respectu rei non
 habitae, respectu cuius pro tunc non est delectatio nec tristitia.
 Sed quando res concupita habetur, tunc cessat actus uterque et
 causatur dolor vel delectatio immediate ab apprehensione sensitiva, 115
 non ab actu appetendi sicut s u p r a¹⁴ dictum est.

Secundum probat I o a n n e s in t e r t i o, quaestione
 'Utrum Christus doluit secundum portionem superiorem'¹⁵ per
 separabilitatem illorum, qui actus nolendi positivi absolute pos-
 sunt esse sine tristitia. Patet in Deo et beatis qui absolute nolunt 120
 aliqua evenire, in quo tamen non est tristitia nec esse potest, sicut
 p o s t¹⁶ patebit. Sed ista ratio non concludit universaliter dis-
 tinctionem inter actum nolendi et tristitiam et actum volendi et
 delectationem, quia¹⁷ adversarius diceret quod non quilibet actus
 nolendi est idem cum tristitia nec quilibet actus volendi est idem 125

110 possunt] esse simul *add.* H || patuit] patet DH 111 separabilitatem] separationem H
 112 desiderandi] desiderii Z || numquam] non H 113 habitae] habiti GH || nec] vel DZ
 114 uterque] utrique HZ 115 immediate ab] mediante Z 116 dictum] probatum Z 117 Se-
 cundum] quod *add.* Z || quaestione] illa *add.* H 119 separabilitatem] separationem H || qui]
 quia Z || nolendi] volendi D || positivi] positivus G, positive Z 119-22 illorum ... patebit]
 Cum in Deo et beatis sint actus nolendi in quibus tamen nulla est tristitia et in damnatis sint
 multi actus volendi in quibus tamen nulla est delectatio H 120 sine tristitia *sic* G²Z, *om.* DF
 || beatis] bonis F || nolunt] volunt FG 121 quo] qua D, quibus Z 123 inter] in D ||
 nolendi] volendi FGH, *sed corr.* G² || et²] inter *add.* H || volendi] nolendi F 125 nolendi]
 volendi DHZ || tristitia] delectatione Z || volendi] nolendi DZ 125-8 idem¹ ... miraculum]
 delectatio, sed tantum ille quo volo aliquid quod evenit sicut volo. Ille enim actus numquam est
 sine delectatione, ut videtur, nisi per miraculum vel aliquid impediens. Similiter, non quilibet actus
 nolendi est idem cum tristitia, sed solum ille qui est respectu noliti quod evenit contra volun-
 tatem. Ille enim videtur numquam esse posse sine tristitia nisi per miraculum H

¹³ Supra, lin. 33-36. ¹⁴ Supra, lin. 79-87. ¹⁵ Scotus, *Opus Oxon.*,
 III, d. 15, q. un., n. 12 (ed. Wadding, VII, 334s.). ¹⁶ Infra, lin. 139-151;
 lin. 362-421. ¹⁷ Haec sententia (lin. 124-128) exprimitur eisdem verbis
 infra, a. 11, lin. 310-313.

cum delectatione, sed tantum ille actus nolendi quo nolo aliquid, cuius tamen oppositum accidit, est idem cum tristitia, quia [ille] actus numquam potest esse sine tristitia nisi per miraculum. Et ideo si Deus et beati nollent aliquid, cuius tamen oppositum eveniret, tunc tristarentur, vel miraculose suspenderetur actus nolendi respectu causationis tristitiae per potentiam divinam, vel impediretur illa causalitas propter excellentiam delectationis sicut *p o s t*¹⁸ *d i c e t u r*. Quando tamen Deus et beati nolunt aliquid evenire, Deus impedit illud ne eveniat. Similiter diceret adversarius quod 135 ille actus volendi est idem cum delectatione quo aliquid volo et illud evenit sicut volo et non eius oppositum, quia ille actus numquam est sine delectatione nisi per miraculum vel per aliud impediens sicut *p o s t*¹⁹ *p a t e b i t*.

Et ideo²⁰ melior via ad probandum distinctionem praedictam 140 est ista: quod scilicet angelus malus intensissime diligit se et vult sibi bonum et vult homines absolute peccare et multa talia, et talia frequenter eveniunt sicut vult, et tamen non delectatur quod eveniunt sicut vult. Quia sicut in beato de communi lege nulla est tristitia, ita in damnato nulla est delectatio. Eodem modo si

126 tantum] tamen DF 129 nollent] vellent DH, nolunt Z 130 tunc] cuiusmodi D, om. H || tristarentur] sibi *add.* D, naturaliter *add.* H || vel] nisi G, nisi forte H || suspenderetur] suspendatur H, causalitas *add.* Z || nolendi] volendi D 131 causationis] ipsius *add.* H
 131-2 impediretur] impleteretur DFG, *sed corr.* G² 132 propter] per H || delectationis] dilectionis DG 133 nolunt] vellent D, nollent FG 134 ne] ut D || diceret] dicit Z || quod] cum F, tantum *add.* D 134-8 Similiter ... patebit om. H 135 volendi] nolendi F || delectatione] dilectione D || quo] qua Z || volo] nolo D 136 volo] nolo D 137 aliud] aliquid Z
 139 praedictam] istam H 140 quod] quia H || angelus malus] diabolus H || intensissime] intense H, intensive Z 141-2 et³ ... frequenter] quae etiam saepe H, consequenter Z 142 sicut] ut H
 142-3 quod ... vult om. H 143 eveniunt ... Quia om. D || beato] beatis H || de] in G
 144 damnato] damnatis H || est²] laetitia aut *add.* H

¹⁸ Infra, lin. 237-247; cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 16 (OTh VII, p. 343, lin. 14-p. 345, lin. 2). ¹⁹ Infra, lin. 362-421; etiam infra, a. 11, lin. 310ss.; cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 16 (OTh VII, p. 347, lin. 15-18). ²⁰ Similiter arguit Ockham infra, a. 11, lin. 403s.; cf. etiam Ockham, *Scriptum in I Sent.*, d. 1, q. 3 (OTh I, 408).

beati nollent aliqua evenire et eorum opposita evenirent, tunc potest sufficienter probari quod quilibet actus nolendi distingueretur a tristitia. Quia si aliquis non distingueretur, maxime esset iste cuius oppositum eveniret. Sed ille tunc posset esse sine tristitia, sicut in angelo bono et in beatis in quibus esset talis actus nolendi sine omni tristitia. Et ad istam probationem non pervenit I o a n-
n e s. 145

S i q u a e r a s utrum cum actu volendi possit stare tristitia et cum actu nolendi possit stare delectatio. Pro p r i m o arguitur sic: quia si aliquis vellet amico suo bonum evenire et malum eveniat, stante sola volitione respectu boni cuius oppositum accidit, tristatur de hoc quod oppositum voluntati sibi accidit. Pro s e c u n d o arguitur quod sic, quia quando aliquis per actum nolendi non vult inimico suo bonum et illud non-bonum eveniat inimico suo sicut est nolitum, stante sola nolitione respectu boni cuius oppositum accidit sibi, — quia malum evenit —, sibi delectatur de hoc sicut patet per experientiam: 155 160

R e s p o n d e o ad primum quod ex sola volitione non potest causari tristitia quia tristitia, secundum A u g u s t i n u m²¹, accidit nobis nolentibus. Sed ad probationem dico quod

145 nollent] vellent FGZ || et ... opposita] quae tamen H || evenirent] eveniunt HZ 145-6 potest] posset H, probatur Z 146 distingueretur] distinguitur H 147 a ... distingueretur om. (hom.) D || iste] illud D 148 eveniret] evenit DH || posset] potest Z 148-9 tunc ... quibus] in casu dato realiter distingueretur, quia in angelo beato H 149 sicut] patet add. DZ || bono] malo D 150 omni] ulla H 152 utrum ... volendi] an sine actu nolendi H || possit] potest D, posset Z 152-3 tristitia ... stare om. (hom.) D 153 cum ... nolendi] sine actu volendi H || possit] potest FG, posset Z || Pro] Ex D 154 arguitur] quod add. DH || aliquis] quis H || suo] aliquo add. H 154-5 et ... eveniat] cui tamen eveniret malum oppositum H 155 malum] si add. D || sola] illa H 155-7 respectu ... accidit] statim tristatur H 157 quando] quaecumque G, si H 157-8 per actum] actu H 158 nolendi] volendi F || non vult] nolit H || et ... bonum²] si tunc hoc bonum non H 159 eveniat] eveniret FG || suo om. DH || nolitione] volitione D 159-61 stante ... sibi om. H 161 sibi] tunc add. H, quia add. Z || de] ex Z || sicut ... per] ut ... ad H 162 volitione] nolitione D

²¹ August., *De civ. Dei*, XIV, c. 7, n. 2 (PL 41, 410; CSEL 40-2, 13; CCSL 48, 422); cf. infra, a. 11, lin. 306-307.

165 si velit sibi bonum et oppositum eveniat, statim elicit actum nolendi respectu oppositi mali et ille actus forte causatur naturaliter a volitione praecedente respectu boni et a voluntate ita naturaliter sicut ignis naturaliter calefacit. Sicut si quis vult sanari efficaciter et scit sanitatem consequi non posse sine potionem amara, necessitatur voluntas ad volendum potionem amaram. Nec est in eius
170 potestate illam potionem simpliciter non velle, stante praedicto casu, licet possit contingenter velle potionem amaram cessante volitione efficaci. Quaere de hoc in p r i m o Ockham²².

Eodem modo dico ad s e c u n d u m²³ si nolit per actum
175 positivum inimico suo bonum et illud nolitum eveniat sicut nolitum est, et hoc quia bonum non accidit sibi nec malum, vel quia malum evenit sibi, tunc iste sic nolens habet statim actum volendi respectu carentiae boni vel respectu mali quod evenit. Et ille actus volendi causatur naturaliter et necessario ab actu nolendi primo
180 et voluntate, sicut p r i u s²⁴ dictum est. Et ideo forte ex sola volitione potest causari delectatio in voluntate sine omni actu nolendi, puta si volo alicui bonum et illud eveniat. Et ex sola noli-

165 oppositum] sibi *add.* Z || eveniat] eveniret G 166 oppositi] obiecti D 167 ita] illa DFG 168 Sicut] et FG 168-9 si ... posse] si voluntas habeat volitionem efficacem (respectu *add.* Z) sanitatis et ratio dictet quod illa non possit (posset Z) haberi (fieri Z) HZ 169 sine ... amara] nisi per potionem amaram, tunc H 171 potestate] simpliciter *add.* Z || non velle] nolle FHZ, nocte(!) D 171-2 praedicto casu] primo actu et dictamine illo intellectus H
172 contingenter] continens F 173 volitione efficaci] aut prima volitione sanitatis aut dictamine intellectus (potest nolle potionem illam *add.* Z) HZ, respectu sanitatis vel in divino intellectu respectu potionis amarae *add.* D || Quaere ... Ockham] De hoc require libro II huius Z
174 Eodem modo] Similiter H || secundum] quod *add.* D || si] quis *add.* H 176 nec] vel GZ
176-7 et ... sibi] hoc est quod non eveniat sibi bonum vel quod eveniat sibi malum H 177 nolens] volens Z || volendi] nolendi F 179 naturaliter et *om.* FGZ || nolendi] volendi DZ 180 et¹] a *add.* H || voluntate ... ideo *om.* Z || est] quia actus nolendi *add.* DFG, de actu nolendi quod *add.* H, causatur (naturaliter et *add.* H) necessario ab actu volendi primo *add.* DFGH, *sed del.* G²
182 volo] nolo DF || Et²] Similiter Z, *om.* D 182-3 nolitione] volitione DFG, *sed corr.* F², sine omni nolitione *add.* D

²² Ockham, *Scriptum in I Sent.*, d. 1, q. 6 (OTh I, 494 - 500). ²³ *Supra*, lin. 157-161. ²⁴ *Supra*, lin. 162-173.

tione potest causari tristitia in voluntate, puta si nolo aliquid et illud nolitum non eveniat. Sed ex sola volitione sine omni actu nolendi numquam potest causari tristitia, nec ex sola nolitione sine omni actu volendi medio potest causari delectatio. 185

Si q u a e r a s iuxta praedicta de dolore, utrum dolor vel delectatio possit causari in appetitu sensitivo sine omni actu desiderandi et fugiendi praevio, r e s p o n d e o quod sic. De dolore patet quia si aliquis poneretur subito in igne statim doleret, 190 et tamen nullum actum desiderii habuit respectu ignis, nec fugiendi forte. Similiter²⁵ patet ex praedictis quod sic. Quia praedicta potentia imaginativa vel alia interior potest apprehendere visionem corporalem qua visus videt aliquod obiectum pulcrum et delectabile, et actum desiderandi fornicationem et actum fugiendi nocivum. Et illa apprehensio potest immediate causare dolorem vel delectationem in illo appetitu sensitivo sequente illam apprehensionem sine omni actu desiderandi vel fugiendi in illo appetitu, quia praedicti actus sunt obiectorum non habitorum. Sed obiecta illius apprehensionis phantasticae habentur forte, sicut p r i u s²⁶ 200 patuit.

Si q u a e r a s utrum actus appetitus sensitivi et dolor et delectatio semper causentur ab apprehensione praevia, r e s p o n d e o quod non. Quia²⁷ si esset infans natus qui numquam ap-

183 potest ... voluntate] tristitia sine omni actu volendi H in voluntate] sine volitione Z ||
 puta] ut H || nolo] volo F || aliquid] evenire *add.* H 183-4 et ... non] quod tamen H 184 illud
 nolitum] respectu noliti F || non] tamen Z, *om.* G || Sed] nisi D || omni] ullo H 185 nolendi]
 volendi F || numquam] non H || potest] naturaliter *add.* H || nolitione] volitione F, actu nolendi H
 186 sine ... causari *om.* H 187 de dolore *om.* HZ 188 possit] potest D 189 et] aut H ||
 praevio] primo DF || respondeo] dico H 190 quia] quod D || statim doleret] stante dolore D
 191 fugiendi] fugae H 192 praedictis] dictis H || Quia] secundum *add.* G² 194 qua] quo D, quia
 G || obiectum] subiectum D 195 fornicationem] fortitudinem FG, *sed corr.* G² 198 fugiendi
om. FZ || appetitu] sensitivo *add.* Z 199 praedicti] illi H || actus] habitus Z, scilicet desiderium et
 fuga *add.* (mg.) H² 200 phantasticae] phantasmata G, phantasiatae fornicationis Z 201 patuit]
 patet H 203 causentur] causantur DHZ || praevia] prima FG 204 Quia] Nam H || num-
 quam] aliquando D

²⁵ Supra, lin. 51-104. ²⁶ Supra, lin. 92-104. ²⁷ Exemplum simile habetur in *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 410s.).

205 prehendit alimentum extra uterum matris, iste tamen naturaliter
 esuriret vel sitiret, — quae nihil aliud sunt quam cibum et potum
 appetere —, et doleret. Iste igitur actus non potest causari ab
 aliqua apprehensione praevia quia nulla est, sed tunc causatur ab
 aliqua qualitate corporali, puta a caliditate vel frigiditate. Si tamen
 210 infans in utero apprehendat alimentum, ex illa apprehensione po-
 test generari habitus in potentia sensitiva inclinans ad actus con-
 similes. Et si hoc sit possibile, possent praedictae passiones causari
 ex apprehensione causata a praedicto habitu, quantumcumque defi-
 ceret alimentum. Si autem non sit possibile talem habitum gene-
 215 rari in puero propter motum continuum, tunc oportet dare aliam
 viam.

Sed tunc est *d u b i u m* si istae passiones, fames et sitis,
 causentur a qualitatibus corporalibus et non ab apprehensione,
 utrum causetur dolor distinctus ab istis passionibus. *P o t e s t*
 220 *d i c i* quod potentia sensitiva interior infantis posset illas pas-
 siones apprehendere, quia tunc ab illa apprehensione potest causari
 dolor distinctus ab istis passionibus sicut *p r i u s*²⁸ dictum est.
 Si autem non possit tales passiones apprehendere, — quod credo
 esse verum —, tunc rationabilius est dicere quod illae passiones
 225 sunt duae qualitates, puta fames et sitis, vel una qualitas indis-
 tincta numero a dolore. Sed aliquando vocatur actus appetendi,
 aliquando dolor. Quia, ut videtur, dolor distinctus ab actu appe-
 titus numquam naturaliter causatur nisi ab apprehensione praevia,

205 uterum] utrumque D 206 esuriret] desideret F¹¹ vel] et H¹¹ quae] cum Z¹¹ quam]
 nisi H¹¹ 207 appetere] appeteret D¹¹ igitur] autem H¹¹ 208 praevia] prima DF 209 calidi-
 tate vel frigiditate] calore vel frigore H¹¹ Si] Et Z¹¹ 210 apprehendat] apprehendit Z¹¹ 211 po-
 tentia] parte H¹¹ 212 possent] posset poni Z¹¹ praedictae] dictae H¹¹ 213 quantumcumque]
 quandocumque H¹¹ 215 dare] dicere FG, sequi Z¹¹ 217 dubium] scilicet *add.* H¹¹ 218 causen-
 tur] causantur Z¹¹ 219 causetur] aliquis *add.* H¹¹ 220 interior
 infantis] interiori infans Z¹¹ 221 posset] potest Z, aut potest H¹¹ 222 Si autem]
 Aut si H¹¹ 223 possit] potest DH, posset G, aliquis *add.* G 225 duae] illae D 226 numero] omni-
 omnino D, omnino H¹¹ 228 naturaliter] aliter D¹¹ 229 praevia] prima DF

²⁸ Supra, lin. 209–214.

quae nulla est in proposito per casum positum. Sed in nobis distinguuntur, quia in nobis sunt apprehensiones tales ex quibus potest dolor distinctus causari. Similiter illae passiones in puero, puta fames et sitis, distinguuntur specie a fame et siti habitis post apprehensionem alimenti. Et post apprehensionem est distinctio inter dolorem et actum appetendi cibum specifica propter distinctionem subiectorum²⁹, — sed nulla ante est distinctio nisi numeralis —, et ideo sunt passiones tunc alterius rationis. 230 235

Ulterius sciendum quod in appetitu sensitivo potest esse dolor et delectatio ita excellens quod potest totaliter impedire usum rationis. Sicut patet per experientiam in forti qui, aggrediendo terribilia, potest tantum dolorem habere quod nihil potest intelligere nec velle. Et similiter in fornicante qui propter vehementem delectationem nec potest intelligere nec velle. Cuius causa est quia licet talis habeat intellectum bene dispositum et phantasma, tamen propter excellentiam talis passionis impeditur actus qualitatis corporalis qui necessario requiritur pro statu isto ad causandum actum intelligendi, sicut alibi dictum est in quarto libro³⁰. 240 245

Sed tunc est dubium, positis casibus prioribus, utrum aggressio terribilium sit virtuosa in forti pro tunc quando suspenditur usus rationis, et fornicatio vitiosa in alio. Respondeo 250

229 Sed] Si D 229–30 distinguuntur] distinguitur FG 230 ex] de FG || quibus] quo D
 231 distinctus] intellectus Z || puta] scilicet H 234 specifica] specificum D, *trp. p.* distinctio (*lin.*
 233) HZ 235 subiectorum] obiectorum Z || sed] et Z, quando *add.* D, ante apprehensionem *add.*
 H || ante *om.* DH || nisi] et D 239 in] de H || qui] in *add.* H, *om.* D 240 terribilia]
 terribile G || dolorem habere] dolere DH || potest] possit H 241 nec] aut H || in] de H
 241–2 vehementem delectationem] vehementiam delectationis (dilectionis D) DH 242 nec²] aut H
 243–4 phantasma] phantasiam Z 244 excellentiam] vehementiam H || actus] alicuius D, acti-
 vitas alicuius H, talis *add.* Z 245 qui] quae DFGH 246 in] loco *add.* D, *om.* Z 246–7 quarto
 libro *om.* Z 248 utrum] scilicet ista *add.* H 249 quando] scilicet *add.* H 250 Respondeo] dico H

²⁹ Legas 'obiectorum'; i.e., actus distinguuntur secundum distinctionem obiectorum. Cf. *infra*, a. 10, *lin.* 50s. ³⁰ Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 14 (OTh VII, p. 281, *lin.* 17–p. 282, *lin.* 5).

quod non quia, sicut in t e r t i o O c k h a m³¹ patet, solus
 actus voluntatis libere elicitus est virtuosus vel vitiosus, meritorius
 vel demeritorius, et nullus alius actus dicitur vitiosus vel virtuosus
 nisi quadam denominatione extrinseca, puta quatenus potest con-
 255 formari illi volitioni. Et ideo quando non est aliqua volitio in
 homine, nullus est actus virtuosus in eo nec vitiosus essentialiter
 nec denominative. Sed actus ille per quem voluntarie posuit se
 in tali statu in quo amitteret usum rationis dicitur virtuosus vel
 vitiosus, et ille fuit actus volendi.

260 Sed I o a n n e s³², qui ponit quod actus exterior habet
 propriam bonitatem distinctam ab actu interiori, habet ponere
 quod praedicti actus essent virtuosus vel vitiosus, quantumcumque
 [sic agentes] non haberent usum rationis. Sed haec opinio videtur
 falsa sicut a l i b i³³ p a t e t.

265 Et probatur quia numquam in aliquo consistit peccatum nisi
 ille actus sit voluntarius et in potestate voluntatis mediate vel im-
 mediate. Sed nunc possibile est quod aliquis habeat actum exterior-
 rem primo elicitum iuxta volitionem vitiosam et quod, stante illo
 actu exteriori, simpliciter nolit illum actum et meritorie, et per
 270 consequens in tali actu non consistit peccatum. Exemplum³⁴: ali-

251 in tertio Ockham] supra Z, ex istis apparet quod istud non est de tertio Ockham *nota in mg.*
 H² 253 vitiosus vel virtuosus] talis H 254 quatenus] quantum Z 254-5 conformari] con-
 formare D 256 est actus] eius actus est H || in eo *om.* HZ || nec] aut H || vitiosus] nec *add.* H
 257 denominative] etiam denominatione extrinseca H || per quem] quo H || voluntarie] volitiones
 D, voluntas Z || posuit] possint D 259 fuit] dicitur Z || volendi] nolendi D 262 essent] sint
 H 262-3 quantumcumque ... rationis *om.* D 265 quia] quod FGH || aliquo] actu *add.* H
 266 voluntarius] voluntas D 267 nunc] tunc F 269 exteriori] postea *add.* H² || nolit] velit D,
 nollet Z || actum] exteriorem *add.* H 270 tali] illo Z

³¹ Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 366); *infra*, q. 7, a. 1, lin. 145-156. ³² Scotus, *Quodl.*, q. 18, a. 3, nn. 12-19 (ed. Wadding, XII, 484-490; ed. F. Alluntis, 646-658); *Opus Oxon.*, II, d. 42, q. 3, nn. 18-19 (ed. Wadding, VI, 1060s.). ³³ Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 375-378); *Quodl. I*, q. 20 (OTh IX, 99-106). ³⁴ Idem exemplum adhibetur *infra*, q. 7, a. 1, lin. 153-156, ubi dicitur: «sicut supra patet in dubitationibus istius quaterni».

quis voluntarie descendit in praecipitium, et in descendendo poenitet et dolet simpliciter nolendo illum actum propter Deum. Ille actus tunc descendendi non est voluntarius nec in potestate voluntatis. Igitur tunc in illo non consistit peccatum quia tunc mereretur per volitionem illius peccati et peccaret mortaliter quod falsum est. Ergo nec prius in illo actu consistit peccatum. 275

Si quaeratur utrum apprehensio sensibilis delectabilis vel nocivi potest causare dolorem in appetitu sine immutatione reali eiusdem, respondeo quod sic. Quia licet gustus et tactus simul apprehendant obiectum sensibile et immutentur realiter ab illo obiecto, tamen hoc accidit ad causandum dolorem. Patet enim quod in aliis sensibus, qui solum apprehendunt et non immutantur, realiter causatur dolor. Et eodem modo si obiectum gustus et tactus solum apprehenderetur sine immutatione, adhuc causaret dolorem et delectationem in appetitu propter convenientiam vel disconvenientiam illius apprehensionis cum potentia. 280 285

Si dicatur quod tunc corpus beati existens in igne doleret et apprehenderet calorem, respondeo: sicut delectatio excellens excludit quamcumque tristitiam in voluntate, ita delectatio excellens excludit omnem dolorem in sensu. Et quia in tali corpore est delectatio excellens, ideo non potest apprehensio causare dolorem in eodem appetitu. Aliter ponitur quod Deus concurrit cum calore ad causandum apprehensionem caloris in corpore beati, sed non concurrit cum apprehensione ad causandum 290

271 descendit] dimittit D, dissentit (!) F, mittit se H descendendo] dissentiendo F 272 nolendo] remittit H 273 tunc] est D descendendi] dissentendi F 273-4 voluntatis] descendens H 274-5 mereretur] meretur FG 275 volitionem] nolitionem Z 276 illo] secundo Z 277 consistit] consistebat DH 278 causare] causaliter D dolorem] vel delectationem add. Z 279 immutatione] mutatione GZ 279 gustus] iustus Z et tactus] in tactu F, in actu Z 280 apprehendant] apprehendat FZ 281 obiecto om. HZ 283 obiectum] solum D 284 apprehenderetur] apprehenderent FG, apprehenderentur H 285 immutatione] mutatione Z, reali add. H 284-5 causaret ... delectationem] causaretur dolor et delectatio H 285 et] vel D 288 et] quia HZ, om. F 289-90 quamcumque ... excludit mg. H², om. (hom.) D 291 est] erit D 292 apprehensio] caloris add. H 292 eodem] eius H ponitur] ponit DF, potest dici HZ 294 concurrit om. DH

295 dolorem, — et hoc forte est verum —, et ideo non dolet licet apprehendat calorem.

Ulterius sciendum est quod omnis delectatio et tristitia causatur in voluntate mediante volitione vel nolitione sicut patet ex praecedentibus³⁵. Sed volitio et nolitio est duplex: quaedam absoluta, quaedam condicionata. Absoluta est illa qua simpliciter volo
300 aliquid sine omni condicione; condicionata est illa qua volo vel nolo sub condicione, sicut³⁶ nauta nolet proicere merces in mari si posset evadere submersionem. Et utraque tam volitio quam nolitio absoluta et condicionata est sufficiens ad causandum tristitiam
305 et delectationem modo prius declarato.

Ex quibus patet quod illi duo modi³⁷ quos I o a n n e s ponit causare delectationem et tristitiam non sunt veri. Ponit enim quattuor modos quibus potest causari delectatio vel tristitia in voluntate, quaestione p r a e a l l e g a t a³⁸ quorum duo
310 modi sunt per volitionem absolutam et volitionem condicionatam, et isti sunt veri. Alii sunt quod si obiectum sit naturaliter conveniens vel disconveniens voluntati, potest causare tristitiam vel delectationem in voluntate sine omni actu libere elicito, sed solum mediante velle naturali qui non est actus elicitus. Alius modus
315 est si obiectum sit conveniens vel disconveniens sensui, potest causare delectationem vel tristitiam in voluntate sine omni volitione libere elicita praevia. Sed isti modi falsi sunt et contra omnem

295 et hoc] quod Z licet] sed D 298 vel] et Z 299 quaedem] est *add.* H 299–300 absoluta] et *add.* HZ 300 volo] nolo D, vel nolo *add.* Z 302 nolo] aliquid *add.* HZ || sub] sine sua D || nolet] vellet FG 303 submersionem] submersione F, subiectum solum D 303–4 quam nolitio] et nolitio scilicet H 305 et] vel GH || prius] prae H 306 quibus] quo DHZ || quos] quibus H 308 modos] modis D 309 voluntate] in *add.* H 310 volitionem¹] vel nolitionem *add.* H 311 veri] et *add.* D || si] sibi D, sicut Z || obiectum *om.* FG 312 voluntati] voluntarie D 313 sine omni] absque ullo H 313–7 sed ... elicita *om.* (*hom.*) H 314 velle] nolle D 315 sensui] sensitivi D 317 praevia] primo DFZ, voluntatis *add.* H Sed] Et H || isti] duo *add.* HZ || omnem *om.* DZ

³⁵ Supra, lin. 2–151. ³⁶ Resp. Aristot., *Ethica Nicom.*, III, c. 2 (1110a 9).

³⁷ Supra, lin. 2–186. ³⁸ Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 15, q. un., nn. 12–17 (ed. Wadding, VII, 334–341).

experientiam. Nec potest dictum istud improbari nisi per experientiam. Si enim voluntas non haberet nisi actum desiderii vel fugiendi, sicut habet appetitus sensitivus, tunc haberet evidentiam. Quia tunc quando res desiderata haberetur, cessarent illi actus et causarentur praedictae passiones ab apprehensione intellectus obiecti iam habiti. Sed quia, ut a l i b i³⁹ patet, non tantum voluntas habet praedictos actus sed actum complacentiae sive amicitiae quo diligit rem habitam praesentem, ideo numquam causat illa apprehensio aliquid in voluntate nisi mediante aliqua volitione vel nolitione.

Sed tunc est dubium de delectationibus subreptitiis, a quo causantur? Similiter, si mulier deflorata non assentiens per actum nolendi, delectetur aliquo modo in tali actu, unde causatur delectatio illa?

R e s p o n d e o: semper tales delectiones causantur a volitionibus praevis. Sed tales volitiones forte non sunt in potestate voluntatis, sed causantur naturaliter ab apprehensione intellectus et a voluntate, et postea eadem naturalitate et necessitate causant delectationem. Vel si sint in potestate voluntatis, tunc voluntas numquam delectaretur nisi libere vellet. Et ideo mulier deflorata non assentiens per actum nolendi, bene delectatur in parte sensitiva, sed non in voluntate nisi cesset actus nolendi respectu talis

319-20 vel fugiendi] et fugae H 320-1 evidentiam] efficaciam FGZ, *quod corr. in experientiam* G² 322-3 intellectus] intellectiva HZ 323 Sed quia] scilicet quod Z 324 tantum] ut *add.* D praedictos] illos H || actus] habitus Z, *om.* G || sed] scilicet FZ, etiam *add.* H
325 habitam] et *add.* DH 326 aliquid] aliud F || aliquid in voluntate *om.* DH || aliqua] alia FG, illa Z 329-30 deflorata ... nolendi] vi deflorata non consentiens in talem actum per actum volendi si H 332 semper ... causantur] quod delectatio illa semper causatur Z 332-3 volitionibus] voluptatibus D 333 praevis] primis FG || tales] illae Z || sunt] semper *add.* H
334 ab] ex GH, in D, et F 336 sint] fuerunt FZ, fuerint G, sit H || potestate] voluntate D || voluntas *om.* FGZ 338 assentiens] consentiens G || bene] tantum H || delectatur] delectetur D, delecteretur H 339 non] numquam DH || cesset] esset H || nolendi] volendi FGHZ, *sed corr.* G² || talis] illius H 339-40 talis ... respectu *om.* (*hom.*) D

³⁹ Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 16 (OTh VII, p. 359, lin. 18-p. 361, lin. 1); *Scriptum in I Sent.*, d. 1, q. 3 (OTh I, 409-412).

340 actus et libere eliciat actum volendi respectu illius. Tamen actus
tales non dicuntur esse in potestate voluntatis quia quasi subito
eliciuntur et non perceptibiliter.

Sed d u b i u m est si velle absolute et nolle sint causa
delectationis et tristitiae quando opposita et proposita eveniunt
345 modo prius dicto, quales angeli mali qui multa volunt quae eve-
niunt ut sunt ab eis volita, puta volunt homines absolute peccare
et multa quae simpliciter eveniunt sicut sunt ab eis volita, quare
non delectantur sicut homines et angeli boni delectantur volendo
talia:

350 Similiter, cum angelus bonus habeat actum nolendi respectu
multorum quorum opposita eveniunt, puta angelus bonus depu-
tatus ad custodiam hominis habet actum nolendi respectu peccati
hominis absolute et tamen homo peccat, quare non tristatur ex
hoc sicut homines et angeli mali:

355 Praeterea, si nolle condicionatum sufficit ad causandum tristi-
tiam in homine et etiam in Christo, secundum opinionem I o a n-
n i s⁴⁰, et verum est quia noluit poenam illam sibi infligi si pla-
cuisset Deo, et illa nolitio sufficit ad causandum tristitiam in illo,
quare igitur nolle condicionatum non sufficit ad causandum tris-
360 titiam in animo bono sicut in Christo qui fuit comprehensor,
quando oppositum voliti accidit:

340 volendi] volibilem Z 341 tales ... dicuntur] talis ... dicitur H quia] qui Z : quasi
communi Z, *om.* DG subito] subiecto Z 343 sint] sunt D causa] causae DH 344 op-
posita] obiecta D 345 quales] qualis DF, quare H, qualiter Z || multa] mala Z 346 volita]
nolita G² 346-7 puta ... volita *om.* (*hom.*) G 347 multa] alia *add.* H 348 delec-
tantur¹] in hoc *add.* H || boni] beati D || delectantur²] delectentur D || volendo] nolendo H
350-4 Similiter ... mali *trp. p.* accidit (*lin.* 361) Z 350 bonus] beatus DH 351 multo-
rum] malorum Z 352 actum nolendi] voluntatem FGZ, inclinationem rectam Z 353-4 ex
hoc *om.* FGZ 356 homine] et sufficit *add.* Z || etiam] erit FG, *om.* Z || in²] homine *add.* D
357 quia] quod H 358 nolitio] volitio F || sufficit] sufficet D, sufficiat H || illo] eo DH
358-60 illo ... in¹ *om.* (*hom.*) FG 360 animo] alio D, angelo HZ || bono] beato DG² 361 voliti]
noliti H

⁴⁰ Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 15, q. un., n. 29 (ed. Wadding, VII, 352s.).

Ad p r i m u m⁴¹, istorum potest dici u n o m o d o quod hoc est per miraculum, quia⁴² Deus suspendit activitatem volitionis respectu delectationis causandae in angelo malo. Quia sicut beatitudo et summa delectatio excludunt omnem tristitiam, 365 nisi oppositum contingat per miraculum sicut in Christo, ita miseria et summa tristitia excludunt omnem delectationem. Et ideo licet angelus malus habeat actum qui naturaliter est causa delectationis quantum est de se, tamen ille actus non causat [delectationem] quia eius activitas suspenditur per Deum non causantem 370 secum.

A l i t e r potest dici ad istud quod aliqua repugnant sibi et sunt impossibilia quantum ad potentiam creatam quae tamen non repugnant sibi simpliciter et absolute quantum ad potentiam increatam. Exemplum⁴³: duo corpora esse simul repugnant sibi 375 quantum ad potentiam creatam, sed per potentiam Dei absolutam possunt esse simul. Patet quando Christus intravit ianuis clausis. Unde aliquis existens in uno loco potest se movere ad alium locum naturaliter in quo existit aliud corpus. Sed quod recipiatur in isto loco, retento primo corpore, est impossibile per naturam, 380 tamen per potentiam divinam potest fieri.

Ad propositum dico quod summam tristitiam et delectationem esse simul in eadem potentia est impossibile quoad potentiam creatam et naturaliter, quia quoad illam potentiam repugnant sim-

363 quod] quia Z 363-4 activitatem volitionis] actum voluntatis Z 366 nisi] quando
add. Z¹¹ Christo] angelo bono G² 366-7 miseria] iustitia Z 367 Et ideo] quia Z 368 natu-
 raliter est] esset H 369 ille actus] de facto H 370 causantem] creantem D 373 quan-
 tum] inter se quo H 375 Exemplum] sicut H¹¹ simul] in eodem loco *add.* H¹¹ sibi *om.* HZ
 376 Dei absolutam] increatam H 377 Patet] sicut H 379 existit] exiit FZ, exivit G,
 est H 380 retento] simul *add.* H 381 potest] hoc *add.* H 383 eadem potentia] eodem Z
 384-5 simpliciter] esse simul G, sibi H

⁴¹ Supra, lin. 343-349. ⁴² Cf. infra, a. 11, lin. 310s.; etiam Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 16 (OTh VII, p. 344, lin. 12-15). ⁴³ Cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 6 et q. 8 (OTh VII, p. 79, lin. 2-5; p. 138, lin. 3-4); *Quodl. IV*, q. 31 (OTh IX, 453).

385 pliciter, licet non repugnant simul esse quantum ad potentiam
 increatam. Et secundum istam viam, quantumcumque volita ab
 angelo malo eveniant, illa volitio non sufficit causare delectatio-
 nem in eodem stante summa tristitia. Et sic posset ad primum
 responderi sine omni miraculo. Et ista responsio esset bona nisi
 390 quod volitiones illae, quarum opposita eveniunt sicut sunt volita,
 possunt intendi et multiplicari, quia non videtur verisimile quin
 possent unam parvam delectationem causare nisi miraculose impe-
 direntur.

Per hoc patet ad s e c u n d u m⁴⁴ de Christo quod nolitio
 395 condicionata sufficit ad causandum tristitiam, [sed Deus] suspendit
 miraculose, ultra generalem influentiam, actionem summae delec-
 tationis respectu illius tristitiae corrumpendae. Quia summa illa
 delectatio, quantum est ex natura sua, expelleret omnem tristitiam
 si aliqua inesset, et impediret ne causaretur si non inesset, nisi
 400 eius actio corruptiva et exclusiva suspenderetur per potentiam
 Dei. Sicut Deus concurrit secundum generalem influentiam cum
 corpore ad movendum se de uno loco ad alium, et istud corpus
 expelleret aliud corpus de alio loco ne simul existant, nisi eius
 actio expulsiva suspendatur per miraculum. In angelo autem bono,
 405 licet concurrat secundum generalem influentiam cum volitione
 condicionata ad causandum tristitiam, tamen non suspendit activi-
 tatem illius summae delectationis respectu tristitiae destruendae. Et

385 repugnant] repugnet eis H 386 Et] sed Z 386-7 volita ... eveniant] volitum ...
 eveniat H 387 illa] tamen *add.* H 388 posset] potest FZ 389 responderi] dici etiam H
 || omni *om.* DH || ista] ita Z 390 quod] quia H || opposita] obiecta H 391 possunt] tamen
add. DH || quia] quod H, quare Z || non *om.* FG 392 unam] aliquam H 394 quod] quia
 F || nolitio] volitio FG 395 sed] et DFG 397 Quia] Et Z 399 aliqua] alia F, illa G,
 qua H || impediret] privaret DFGH, *quod corr. in* resisteret G² || non] vero F || inesset] esset FG,
 sibi *add.* Z || nisi] aliqua D 401 Sicut] quando *add.* H² || secundum] per Z 402 et] tunc H
 403 expelleret] aliquod *add.* H || aliud] illud G 404 expulsiva] vel activitas causatur *add.* D ||
 angelo] alio DZ || bono] beato DH 405 licet] etsi H || volitione] nolitione H 406-7 acti-
 vitatem] actionem DH

⁴⁴ Supra, lin. 355-361; id est, ad tertium dubium supra et non ad secun-
 dum.

propter hoc in angelo bono non causatur tristitia sicut in Christo, quantumcumque obiectum nolitum eveniat.

Ad a l i u d⁴⁵ potest dici quod angelus bonus non habet ac- 410
tum nolendi absolute alicuius cuius oppositum evenit. Quia beatus
non vult aliquid nisi conformiter iuxta voluntatem divinam, et
non velit aliquid nisi quod Deus vult eum velle. Et ideo si velit
aliquid absolute, Deus impedit ne eius oppositum eveniat. Et ideo
formaliter non habet actum nolendi respectu peccati nisi condicio- 415
naliter, puta si placeret peccanti ipse nolet eum peccare. Vel potest
dici, sive velit aliquid absolute sive condicionaliter cuius opposi-
tum accidit, non tamen tristitia causatur; vel per miraculum, puta
quia Deus non concurrat cum tali volitione ad causandum tristi-
tiam; vel quia tristitia et summa delectatio sibi repugnant quoad 420
potentiam creatam, sicut p r i u s⁴⁶ dictum est.

Si q u a e r a⁴⁷ iuxta praedicta utrum in Christo fuit ali-
qua rebellio inter vires inferiores et superiores, r e s p o n d e o
quod non fuit aliqua rebellio vitiosa. Quia quantumcumque in
appetitu sensitivo eius fuisset inclinatio et desiderium ad actum 425
fornicandi — ponamus — dummodo non haberet volitionem res-
pectu illius actus nec umquam peccaret. Quia, ut patet a l i b i⁴⁸,
in sola volitione consistit peccatum et nullo modo in actu exteriori
nisi quadam denominatione extrinseca. Et ideo ille actus appetitus

408 propter hoc] semper D, ideo H || angelo] alio D || bono] beato H 409 obiectum]
illud Z || nolitum] non conatum D, volitum G, *sed corr.* G² 410 bonus] beatus H || habet]
habeat D 412 divinam] Dei Z || et] nam Z, quia D 413 velit¹] vult GZ || aliquid] aliud Z
|| velit¹ ... Deus *om.* D || velle] vel nolle *add.* H || velit²] nolit H 414 eveniat] veniat DH
415 formaliter] forte H 416 placeret] placet FG, placeat Z 417 dici] quod *add.* H || velit]
nolit DH 418 accidit] evenit D || tamen] ex hoc *add.* H || tristitia causatur] tristitiam causat
DG, in eis et hoc *add.* H 419 quia] quod Z || volitione] nolitione HZ 422 utrum] an H
423 rebellio] vitiosa *add.* G²H 424 quod *om.* DGH 426 ponamus] ponatur ita H || dum-
modo] de modo D || haberet] habet H 427 nec umquam] numquam HZ 429–32 Et ...
extrinseca *om.* (*hom.*) FGZ

⁴⁵ Supra, lin. 350–354. ⁴⁶ Supra, lin. 382–389; cf. infra, a. 11, lin. 413s. ⁴⁷ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 5 (OTh VI, 149, 152).

⁴⁸ Ibidem, q. 11 (OTh VI, 366); infra, q. 7, a. 1, lin. 145–156.

430 sensitivi non esset vitiosus. Credo tamen quod nullum actum ta-
 lem in appetitu sensitivo habuit qui dicuntur vitiosi denomina-
 tione extrinseca concurrente volitione. Et hoc quia Deus non coe-
 git cum apprehensione sensitiva ad causandum talem actum et
 delectationem, vel quia habuit multas volitiones vel aliquam unam
 435 intensam per quam tales actus appetitus sensitivi impediuntur,
 sicut patet per experientiam. Patet quod aliquis habens actum
 desiderii et delectationem in appetitu sensitivo respectu praedicti
 actus, potest ita intense cogitare et velle aliud obiectum, puta
 passionem Christi, quod totus ille actus destruitur et delectatio
 440 similiter. Et ex hoc patet quod volitio habet veram efficaciam cor-
 ruptivam et productivam super qualitates corporales, sicut aliquis
 per solum actum nolendi et tristitiam incurrit infirmitatem et per
 actum volendi et delectationem acquirit sanitatem, et sic forte
 fuit in Christo.

445 Sed quantum ad illos actus qui communiter non dicuntur viti-
 osi etiam denominatione extrinseca, cuiusmodi sunt comedere,
 bibere, quiescere etc., fuit rebellio inter illos appetitus sive vires.
 Dixit enim in cruce: *Sitio*⁴⁹. Et postquam ieiunavit quadraginta
 diebus esurivit et per consequens per appetitum sensitivum desi-
 450 deravit cibum et potum. Et tamen secundum rectam rationem
 noluit bibere in cruce quando statim fuit mortuus, et secundum
 rectam rationem noluit comedere quando tentator accessit ad eum.

430 sensitivi] in eo *add.* H¹ esset] fuisset H¹ 431 dicuntur vitiosi] diceretur vitiosus etiam H¹
 432 concurrente] concordante H¹ volitione] Verumtamen in appetitu sensitivo Christi non fuit
 aliqua inclinatio actus vel delectatio contra volitionem rectam *add.* (mg.) G² 432-3 coegit] exigit
 D, coagit F 433 et] seu H¹ 435 intensam] immensam DF 436 Patet² *del.* G², *om.* HZ¹
 quod] quia Z¹ habens] habet Z¹ 438 ita *om.* FG¹ aliud] ad DG¹ obiectum] oppositum DFG
 440 similiter] talis D, *om.* (lac.) H¹ volitio] nolitio H¹ veram] propriam G¹ 442 infirmita-
 tem] aegritudinem H¹ 442-3 incurrit ... acquirit *om.* G¹ 444 Christo] primo homine G²
 446 etiam] tamen D 447 fuit] sit FG¹ 449 esurivit] esuriet FG¹ appetitum] et *add.* D
 449-50 desideravit] desinit D 451 noluit] voluit F¹ quando] quoniam Z¹ mortuus] mori-
 turus H¹ 452 noluit] tunc *add.* DH

⁴⁹ Ioan. 19, 28.

Igitur in istis sensibilibus actibus fuit rebellio inter illos appetitus. Et eodem modo fuisset in hominibus si stetissent in statu innocentiae, sed illa rebellio non fuisset virtuosa nec vitiosa.

455

[ART. X: CIRCA VIRTUTES ET VITIA¹]

Circa virtutes et vitia sciendum quod Philosophus, VII *Ethicorum* in principio², in acquisitione virtutis assignat tres gradus et similiter tres oppositiones in acquisitione habitus vitiosi. Primi tres sunt continentia, temperantia, virtus heroica, quae sic 5 distinguuntur: quia continens est ille qui habet concupiscentias pravas, tamen non sequitur eas sed sequitur rectam rationem secundum Philosophum. Quod sic intelligo quod continens est ille qui apprehendit aliqua obiecta delectabilia et appetit illa appetitu sensitivo. Sed recta ratio dictat contrarium illius quod 10 est desideratum ab appetitu sensitivo. Et voluntas ex libertate sua non vult illud quod desiderat appetitus sensitivus sed illud quod est dictatum a recta ratione, ita quod respectu illius volitionis recta ratio est obiectum parziale sicut a l i b i³ patet. Ex tali autem volitione frequenter elicitur sequitur unus habitus in voluntate quo 15 inclinatur ad volendum illud quod dictatur a recta ratione. Et iste habitus vocatur continentia a Philosopho. Et stat iste

453 sensibilibus] et similibus HZ, om. D 455 vitiosa] etc. Alleluia add. F

ART. X. CODD. DFGHZ

2 vitia] dona Z Philosophus] in add. Z 4 oppositiones] gradus oppositos H 5 temperantia] et add. Z 6 distinguuntur] dicuntur G, differunt Z 9 ille] omne D, om. H
10 appetitu] appetitui D illius] eius H 11 est desideratum] appetitur H, desideratur Z
12 desiderat] considerat D, desideratur H appetitus sensitivus] ab appetitu sensitivo H 13 ita quod] quia Z volitionis] nolitionis H 15 volitione] nolitione H 17 continentia] congruentia(?) D

¹ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 417ss.); infra. q. 7, a. 3, lin. 73s. ² Aristot., *Ethica Nicom.*, VII, c. 1 (1145a 15–20).
³ Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 et 12 (OTh VI, 389s. et 423); infra, q. 7, aa. 3 et 4, lin. 491s. et lin. 419–469.